



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Expedita Juris Divini, Natvralis, Et Ecclesiastici Moralis Expositio

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1665

De effectibus Divortij ex Hæresi. parag. 9.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40132

opponendi, quod Castropalaus probabiliter negat.

An vir innocens alimenta adultera prestare teneatur?

19. Quid de alimentis? Obligaturne conjux innocens illa subministrare uxori expulsa propter adulterium?

Respondeo, in meliori sententia non obligatur in foro conscientiae, quia, propter
a Sanc. lib. Adulterium consortis, à debito omni & solu-
10. matr. tus est conjux. Præterea, nec in casu litis,
d. 8. à n. expensas litis contribuere uxori adulteræ,
25. Ca- si certum est adulterium, obligatur inno-
cip. l. 1. cens conjux, & ratio est eadem, quia ab
n. 5. Fari- omni debito propter adulterium conjugis,
nac. T. 4. liberatur conjux alter. An autem in foro fori
143. n. 41. obligetur, vide apud citatos. Verum conjux
42. nocens debet innocentem tradere alimenta,
ut item expensas litis, si fortè h. c. innocens
adulterium alterius probare intendat, quia
innocens cadere non debet à Jure suo, quo
potest, & alimenta, & litis expensas ab altero
exposcere.

20. Propter non dissimilem rationem si
uxor domo fugiat ob timorem, ne malè tra-
ctetur à viro supplicante uxoris adulterium,
quod verè uxor commisit, ne in foro qui-
dem b. externo, alimenta illi subministrare
i. Castrop. teneatur vir, quia scilicet universaliter vir non
i. c. sine. obligatur alere uxorem fugientem extra
domum viri, ipso viro causam recessus non
dante.

TERTIUS EFFECTUS.

Divortii ex Adulterio.

Potestas educandi, vel non educandi filios, Remissivè.

22. Tertius effectus Divortii est, dato
c. Sanc. lib. potestatem innocenti, ut sine suo onere edu-
10 matr. cantur filii, id quod cum multis scateat li-
4. 20. Ca- mitationibus, ac distinctionibus non valde
prop. d. 3. nobis scitu necessariis, magis enim pertinet
de spons. p. ad Jurisperitos, videatur apud eosdem,
6. §. 10. nec tamen omittantur e Theo-
Laym. l. 5. logi.
17. 10. p. 3.
§. 7. n. 29.

§. IX.

De iisdem tribus effectibus Divortii celebrati propter hæresim.

1. Quamvis Divortium propter hæresim celebratum non pariat ex se, suaque natura primum Effectum, quem parit adulterium carnale, non enim datur libera potestas Catholico conjugii assumendi aliquem ex illis statibus, puta Ordinem, Religionem, Vocum simplex Castitatis, nihilominus, quia parit illum eundem Effectum ex institutione, & dispositione Ecclesie, ut d. supra diximus, ideo inde habe ea, quæ essent hic asserenda. d. Supra §. 7. à n. 6.

2. Quoad secundum Effectum pertinentem ad dotem, sic hæc regula. Si Divortium factum est non culpa uxoris, sed viri restituendam esse uxori dotem. Si verò factum est, culpa uxoris, dotem ipsi non esse restituendam. Id, quod Castropal. e & Sanch. f. e Castrop. colligunt ex Jure, g in quo universaliter l. c. nu. 2. disponitur, ut uxor amittat dotem, vel doti- f. Sanc. lib. talium, si ejus culpa Divortium fiat. Puto 10. matr. autem Castropalaum intelligere post sen- d. 4. n. 20. tentiam, Sanch. etiam ante, eo modo quo d. 20. iidem dixerunt in adulterio carnali, quo- n. 7. rum placita, nos rerulimus, §. præcedenti à g. C. Ple- num. 14. rumq; De Donat. in- ter virū, & uxora.

3. De alimentis idem dic, quod ibidem diximus nu. 19.

4. Quoad tertium Effectum, id speciale habet Divortium ob hæresim, ut filii semper educandi sint apud conjugem Catholicum, idque in favorem fidei, ne scilicet proles erroribus inficiatur. Lege id pluribus apud Sanch. h aliosque.

h Sanch. di. d. 20. à nu. 4.

§. X.

De tribus iisdem effectibus adulterii ob sollicitationem ad peccandum, & ob sacrilegium.

1. Quoad primum Effectum, cum separatio conjugum ex his duabus causis sit ex natura sua temporalis, nemo ex conjugibus statum aliquem ex illis, quos diximus paragr. 8. nu. 1. assumere potest, nisi mutuus adsit consensus, sicuti proisus ceteri
Ppp 2 alii